

Episcopus viros plane idoneos & doctos Regulares Ordinum Medicantium reijceret ex malevolentia & sine causa, cum sint à Prelato suo legitime presentati, habent in Religio nis fauorem, ipso iure à Papa Clement. 5. in Clementina Dudum. de Sepult. approbationem & iurisdictionem : quia in proposito licetia legitime petita [si iniuste negetur] censetur concessa ipso iure : per Clementinā Du dum. §. Si vero. Etiam post Tridētinum. Na uarro, cap. 27. num. 262. Palacios. dist. 17. q. 7. Medina. Nauarro iunior, & alij. Hec ille. Et in Glossa dicit hanc opinionem cō munem esse apud Doctores Salmanticenses, & Complutenses. Nec Clementem. 5. in Cle mentina Dudum de Sepulturis renocasse sim pliciter Extravagantem Inter cunctas [vt pudent Cardinalis & Paulus] sed in eo tantum, ut teneantur præsentari Episcopo vni : mane re autem, quia illo Episcopo mortuo, vel a moto, non tenentur præsentari successori. De qua re videatur Frater Emanuel allegatus ab Henrico in Expositione Bullæ. §. 9. nu. 32. & 33. & in Additionibus etiam. Secundo dicit noster Frater Pater Emanuel, q̄ constitatio Pij quinti, determinans confessores

Regu